

(NvK und/oder andere an Papst Nikolaus V. (?)). Sie glossieren die Bestimmungen der Bamberger Diözesansynode vom 3. Mai 1451¹⁾ und setzen sich darin mit den Beschwerdepunkten der Mendikantenorden gegen die Bamberger constitutio des NvK auseinander.

Kopie (15. Jh.): BRIXEN, Klarissenkloster, Hs. S 19 (alt. S 9).f. 432^r-433^v. Zur Hs. s. Straganz, Geschichte 102; dazu auch oben Nr. 2343 Anm. 23.

Druck: Straganz, Geschichte 104-110.

Erw.: Sebi, Bettelorden 378; Mierau, Synoden als Ort 962-964.

Da sich die Glossen immer wieder an den Papst wenden, ist anzunehmen, dass die Appellation Nr. 2720 bei der Abfassung von Nr. 2727 vorlag. Dementsprechend die von uns vorgenommene Datierung.

Die Glossen sind in der Handschrift von a bis i (unvollständig) durchnummeriert. Es folgt jeweils die (von uns normal groß wiedergegebene) glossierte Textpassage in Nr. 1267 mit Angabe der Druckzeile.

Zur Verfasserschaft: Der bzw. einer der Autoren weist einleitend darauf hin, dass er den Streit im Besonderen zu Nürnberg mit Zufriedenheit der dortigen Mendikanten beigelegt habe; eben dies ist laut Nr. 1267 Z. 5-12 die zum Thema von Nr. 2726 Anlass gebende Verkündung des NvK auf der Bamberger Synode. Die Glosse weist in Z. 19-24 genau, warum der Autor von Nr. 1267 eine bestimmte Passage so und nicht anders gestaltet hat, und ihr Autor dürfte daher mit jenem identisch sein oder ihm doch sehr nahe gestanden haben. In Z. 134 nennt sich der Verfasser ausdrücklich auch als Autor der zur Rede stehenden ordinacio, als welche er in Nr. 1267 Z. 11 die Bamberger Verfügung eben so bezeichnet. Er berichtet von seinen Bemühungen um die einschlägige Textüberlieferung in Würzburg (Z. 197) und Hildesheim (Z. 159), also an Orten, die auch NvK auf seiner Weiterreise nach der Bamberger Synode besuchte. Mit meliori modo quo in Z. 85f. begegnet eine für NvK kennzeichnende Redewendung, wengleich sie natürlich auch ein anderer im Munde führen konnte; vgl. hierzu Anm. 19. Der Stil der drei an einen Papst, zweifelsohne Nikolaus V., gerichteten, in der Ich-Form gehaltenen Notate Z. 1-8, 131-150 und 190-225, deutet die persönliche Nähe ihres jeweiligen Autors zu jenem an und spricht stärker noch als andere Glossen für die Verfasserschaft des NvK. Dem würde nicht widerstreiten, dass ein Späterer Nr. 2727 in der hier vorliegenden Form erst unter Nutzung verschiedener Autoren zusammengestellt hätte. Nicht ohne Vorbehalt, aber auch nicht ohne Berechtigung kann dementsprechend für Nr. 2727 insgesamt bzw. einzelne ihrer Teile die Verfasserschaft des NvK als jedenfalls zumindest mehr oder weniger abgesichert angesehen werden.

Beatissime p. Hanc provisionem sub prolatione dissensionum factam nescio, quomodo fratres nituntur impugnare. Si sunt fratres de Nuremberga, miror, cum ipsi mihi dixerint se esse contentos. Sed impugnatio, quam faciunt, nihil habet in substantia; nam aut fundant se in falso aut in propria et ficta interpretacione. Verba textus talia
5 sunt, quod illa in nullo impugnare possunt. Et si s.v. fecerit sicut Iohannes xxii^{us}, qui
examinavit dicta Iohannis de Poliac^o,²⁾ reperiet contrarietatem b.v., quod nihil est
positum, cuius contrarium non sit reprehensibile, et nihil erroneum vel inhonestum vel
iniustum.

a. ‚Statutum sinodale‘ (Z. 13)³⁾: Ex hoc patet, quod quicquid Mendicantes scribunt,
10 quod legatus fecerit statutum de publicando c. ‚Omnis utriusque‘⁴⁾, non est verum. Et
si fecisset, iuste fecisset. Legatus enim tenetur exequi statuta salutaria, prout est illud
inter omnia statuta saluberrimum.

b. ‚Approbant^{es}‘ (Z. 15): Hoc facere debuit, cum statutum illud sinodale pro execu-
tione precepti generalis concilii iustum sit.⁵⁾ Ea enim, que in generalibus conciliis fiunt,
15 in particularibus sinodis exequi debent, ut in hoc casu expresse dicit textus ‚Sicut olim‘

1) Nr. 1267.

2) S. Nr. 2726 Anm. 11.

3) Hierzu Nr. 1267 Anm. 2 mit Nr. 1254 Anm. 7. Die Zeilenangaben beziehen sich jeweils auf Nr. 1267.

4) X 5,38.21, ed. Friedberg II 887f. = COD 245 (Lateranum IV c. 21).

5) So noch letztes das Dekret des Basler Konzils von 1433; COD 473-476.

De accu(sationibus).⁶⁾ Ymmo debuisset legatus ordinasse publicationem, que mandatur fieri in c. ‚Omnis‘, et penam adiecisse, si non reperisset ordinatum ut ibidem in c. ‚Olim‘.⁷⁾

c. ‚A domino episcopo‘ (Z. 17): Ad quem spectat de iure. Fecit autem legatus hanc ordinationem, quod episcopus publicationem faceret simpliciter. Nam prius plebani fecerunt et declaverunt pro eis glosas, contra quas predicarunt Mendicantes. Ad tollendum scandalum positum est ‚simpliciter, prout textus iacet, tantum‘. Dicit enim c. ‚Omnis‘, quod illud ‚salutare statutum frequencius‘ debeat ‚publicari‘; non dicit de glosa, que tunc non erat, quando sic statutum est. Nec Mendicantes conqueri possunt, quasi graventur ex verbo ‚tantum‘, quia glosa et dicta doctorum minus sunt pro intentione eorum quam curatorum. Et nihil periculi animarum ex hoc evenit, si christiani per crebram publicationem incitabuntur ad omnimoda observanciam illius c. ‚Omnis‘, quod est ‚salutare‘. Verum ne populus habens Mendicantes pro non propriis sacerdotibus audiendo crebrius legi c. ‚Omnis utriusque‘ non credat fratres habere potestatem absolventi, ideo ordinatum est similiter cum publicatione consilii eciam effectum Clementine⁸⁾ legi. In hoc potius gravantur curati; nam nunc precipitur, quod Clementina debeat publicari, sicut precipitur, quod c. ‚Omnis utriusque‘ debeat publicari. Publicatio igitur c. ‚Omnis utriusque‘ est necessitatis, non Clementine.

d. ‚Simpliciter, prout textus iacet‘ (Z. 18): Sic a principio constitutionis ‚Omnis utriusque‘ factum est ex precepto concilii, quod ‚frequenter‘ mandat ‚statuti‘ illius ‚salutaris publicationem‘ fieri. Casus autem, cur sic ponitur in hac ordinatione, est, quia plebani publicabant textum et glossam ordinariam Bernhardi⁹⁾ et constitutionem Martini iii.¹⁰⁾ Mendicantes predicaverunt contra illa, et ex hoc scandalum oriebatur, quod fuit de medio faciendum. Ubi dicunt Mendicantes, quod addendum erat eos esse eciam ‚proprios sacerdotes‘, de quibus loquitur c. ‚Omnis utriusque‘, dicitur, quod non spectabat hoc ad legatum addere; si non sunt proprii, et si sunt proprii, sunt expressi. Ubi dicunt, quod propter populum erat hoc addendum, qui eos non habet pro propriis, dicitur, quod propter hoc non erat additio per legatum facienda, que nunquam nec per aliquem Romanum pontificem aut eius legatum legitur facta et nec creditur a multis vera. Attentis omnibus, licet enim privilegiati sint ad audiendum confessiones et absolvant, propter hoc non sequitur esse ‚proprios‘. Iohannes xxii, quem allegant in Extravaganti ‚Vas electionis‘,¹¹⁾ ‚quod confessi‘ ipsis non plus ‚tenentur‘ illa ‚peccata‘

⁶⁾ X 5.1.25, ed. Friedberg II 747 = COD 236 (Lateranum IV c. 6).

⁷⁾ X 5.1.26, ed. Friedberg II 747.

⁸⁾ Clem. 3.7.2, ed. Friedberg II 1161-1164 = COD 365-369 (Viennense c. 10).

⁹⁾ Bernardus Parmensis, *Glossa ordinaria zum Liber Extra*, ad X 5.38.21 s.v. ‚Proprio sacerdoti‘ und ‚Alieno sacerdoti‘. Hier u.a.: Si Predicatores et fratres Minores vel alii religiosi non habentes populum habent privilegium, ut alienos parrochianos possunt recipere ad penitentiam sine licentia proprii sacerdotis. Dicas quod non. *Folgt Diskussion der Opinio, dass das privilegium sine licentia proprii sacerdotis genüge.* Nec papa per tale indulgentiam intendit preiudicare proprio sacerdoti. *Zit. nach Paris 1518.*

¹⁰⁾ *Bulle ‚Ad fructus uberes‘ (1281) mit dem Privileg, ohne besondere Erlaubnis von Bischof und Pfarrklerus predigen und Beichte hören zu dürfen; Bullarium Franciscanum III Nr. 16. Die Schlussklausel lautet jedoch:* Volumus autem, quod hi, qui fratribus confitebuntur eisdem, suis parochialibus prebyteris confiteri saltem semel in anno, prout generale concilium statuit, nichilominus teneantur.

¹¹⁾ *Extrav. comm. 5.3.2, ed. Friedberg II 1291f.*

aduc semel ‚confiteri‘, quam si suo ‚proprio sacerdote‘ essent confessi, ecce, quod non appellat eos ‚propriis sacerdotibus‘, licet absolvant. Ad proprium sacerdotem requiritur
50 cura presencie, quia presidet sue ecclesie, que est corpus, cuius ipse caput. Hoc non verificatur in Mendicantibus.

e. ‚A quo sacramentum eucaristie‘ (Z. 21): Hoc impugnant fratres sine causa. Nam si iuxta c. ‚Omnis utriusque‘ proprius sacerdos debet tradere sacramentum eucaristie aut consulere, ut abstineat, non potest hoc melius fieri, quam quod dispositionem consci-
55 encie confitentis agnoscat. Si enim confessus fratribus non reperitur communicasse in anno, quomodo evadet penam c. ‚Omnis utriusque‘, quam incurrit, quando abstinet sine proprii sacerdotis consilio? Utique expedit saluti anime, quod cognoscatur.

f. ‚Retrahere presumat‘ (Z. 24f): Hoc impugnant Mendicantes. De quo mirandum. Omnes enim, quotquot eciam ex suis scripserunt in hac materia, laudant, quod confes-
60 si, licet sint absoluti a privilegiatis, semel in anno confiteantur suo sacerdoti. Augetur enim meritum, eciam si preceptum ‚Omnis utriusque‘ non esset, ex reiteratione confessionis. Privilegium autem datum Mendicantibus non debet intelligi esse datum nisi ad procurandum animarum salutem. Ideo mandavit Benedictus papa xi in Extravagan-
65 ti ‚Inter cunctas‘,¹²⁾ quod ipsi fratres in sermonibus et confessionibus hoc persuadere debent populo, ut cognoscant salutare esse, eciam si non esset necessitatis, sicut et Martinus papa iiii prius fieri statuit.¹³⁾ Caveant sibi, qui hanc ordinationem in ea parte impugnant, ne cadant in ‚penam‘ heresis secundum Ostiensem,¹⁴⁾ quia, si non adimplens statutum, sed ‚contemnens, censendus est‘ infidelis et ‚hereticus‘, magis ille, qui
70 causa est, ut non impleatur et contemnetur. Caveant similiter, ne privilegium dicantur amisisse, si credunt propter privilegium eis licere, quod populum retrahant ab observancia saluberrimi statuti. Dicunt fratres: Si interrogabitur unus ex fratribus et dixerit veritatem, dicetur retraxisse directe vel indirecte. Absit; nam dicere poterit confitenti et interroganti id, quod hic ponitur, scilicet eum esse veraciter absolutum, et quod prop-
75 terea non retrahat se ab observancia salutaris statuti ‚Omnis utriusque‘.

g. ‚Veraciter absolunt‘ (Z. 31): Dicunt fratres insufficienter hoc positum, et quod debuit id, quod ponitur per Iohannem xxii in c. ‚Vas electionis‘,¹⁵⁾ dicitur, quod nemo unquam pro eis talem terminum veraciter posuit, et quod merito deberent esse contenti. Qui enim veraciter est absolutus, non indiget, ut denuo absolvatur. Sed non debet retrahi, quod propterea non ‚confiteatur‘ suo ‚sacerdoti‘. Unde additio Iohannis
80 xxii fuisset superflua et non edificasset nisi ad intentum fratrum illorum, qui nollent, quod ‚confessi‘ eis suo ‚sacerdoti confiteantur‘. Et si illa additio fuisset apposta, debu-

¹²⁾ *Extrav. comm. 5.7.1, ed. Friedberg II 1296-1300.*

¹³⁾ *S. Ann. 10.*

¹⁴⁾ *Heinricus de Segusio, Summa super titulis decretalium. Zum Titel ‚de constitutionibus‘: Que sit pena non observantium. Et certe si quis eas non habet, arguendus est de neglectu. Qui habet et non observat, de temeritate corripiendus; xx di. ‚Si decreta‘ (D. 20 c. 2, ed. Friedberg I 66). Quod si correptus contempnum Romane ecclesie servare noluerit, hereticus est censendus; xx di. ‚De libellis‘ (D. 20 c. 1, ed. Friedberg I 65). Insuper salvis aliis penis, que non observantibus per singula iura singulariter imponuntur. *Zit. nach Venedig 1487.**

¹⁵⁾ *S. a. Ann. 11.*

issent eciam alia merito adiungi Benedicti xi¹⁶⁾, Martini iiii¹⁷⁾, Vrbani vi in Extravaganti ,Etsi animarum¹⁸⁾ et consimilium docta, quo dicunt pro animarum salute caucius esse reiterare confessionem et servare ad unguem c. ,Omnis utriusque‘ propter vitare penas in eo positas, cum non legatur eidem c. derogatum.¹⁹⁾ Veritas igitur posita est meliori 85 modo, quo²⁰⁾ potuit poni.

h. In prima dominica (Z. 40): Hoc impugnant fratres, licet sine causa. Omnino utile visum est sic fieri, quoniam certum est plures fratres vel ex maliciis vel simplicitate se audiencie confessionum immiscuisse, qui non fuerunt de presentatis. Nec tollitur per hoc potestas alio tempore iterum alios presentandi. Sed conveniens tempus certifican- 90 di populum, ut sciat, quos adire possit, est principium Quadragesime.

i. Et in quibus (Z. 42): Impugnant similiter et istud. Sed per hoc se suspectos faciunt de eo, de quo undique diffamantur, scilicet quod in omnibus casibus absolvant, aut verius, absolvere se ostendunt. Unde si Clementina ,Dudum²¹⁾ debet observari et deceptio vitari, tunc necesse est sic fieri. Non potest dici, quod Mendicantibus liceat 95 retrahere quemquam ab observancia c. ,Omnis utriusque‘; precepit enim eis Martinus iiii²²⁾ et post Benedictus xi²³⁾, quod in sermonibus et confessionibus saltem semel in anno proprio sacerdoti faciendum inducere deberent. Similiter, quod populum non debeant retrahere ab interesse divinis in sua ecclesia, expresse precipitur in Clementina 1 ,de privile(giis)²⁴⁾ et similiter ab aliis iuribus in c. 1 ,de decimis‘ in VI²⁵⁾ et Clementina 100 ,Cupientes‘ ,de penis‘.²⁶⁾

Hoc et si sic sit, dicebant tamen plebani eorum licenciam intervenire debere et detrahebant potestati. Sic providit legatus. Nec potest dici hoc, quod hic ponitur, non esse verum, quia Clementina sic dicit et Extravagans Iohannis xxii, licet non ponatur terminus veraciter, quem addidit legatus propter tollere ambiguitatem. Dicebant enim 105

¹⁶⁾ S.o. Anm. 12.

¹⁷⁾ S.o. Anm. 10.

¹⁸⁾ Eine mit diesen Wörtern beginnende Extravagante Urbans VI. scheint schon dem Glossator fraglich gewesen zu sein; daher der in Z. 160f. erwähnte Versuch, eines Textes habhaft zu werden. Es dürfte sich aber wohl um die Dekretale ,Etsi animarum affectantes‘ Innozenz‘ IV. von 1254 XI 21 (Bullarium Franciscanum VIII, Epitome 259-261) handeln, die in handschriftlich teilweise unter der Intitulatio Urbanus papa überliefert ist; WOLFENBÜTTEL, HAB, Cod. Guelf. 382 Helmst. f. 111^{rv}. Die Bulle wurde nach dem wenige Tage späteren Tod Innozenz‘ IV. von seinem Nachfolger Alexander IV. mit der Bulle ,Nec insolitus‘ 1254 XII 22 aufgehoben, nachdem ,Etsi animarum‘ für die Wiederholung der Beichte eingetreten war. ,Etsi animarum‘ entstand im übrigen in unmittelbarem Zusammenhang mit dem von Guillaume de St-Amour entfachten Streit; dazu Moorman, History of the Franciscan Order 122; Sebi, Bettelorden 147f.

¹⁹⁾ Damit übernimmt der Glossator nicht die Rechtsposition der Weltgeistlichen, etwa formuliert in der Glosse des Johannes Monachus zur Dekretale ,Super cathedram‘ (vgl. Hödl, Glosse des Johannes Monachus), wonach die freiwillige und heilsfördernde Beichte beim Mendikanten nicht die Pflicht zur jährlichen Beichte aller Sünden beim Ortspriester aufhebe, sondern lässt die Frage nach Freiwilligkeit oder Pflicht bewusst offen.

²⁰⁾ Eine insbesondere für NvK charakteristische Formulierung; s. G. von Bredow, Der Sinn der Formel ,meliori modo quo‘, in: MCFG 6 (1967) 21-30; ND in: G. von Bredow, Im Gespräch mit NvK. Gesammelte Aufsätze 1948-1993 (Buchreihe der Cusanus-Gesellschaft), Münster 1993, 61-69.

²¹⁾ S.o. Anm. 8.

²²⁾ S.o. Anm. 10.

²³⁾ S.o. Anm. 12.

²⁴⁾ Clem. 5.7.2, ed. Friedberg II 1187. = COD 369 (Viennense c. 11).

²⁵⁾ VI 3.13.1, ed. Friedberg II 1048.

²⁶⁾ Clem. 5.8.3, ed. Friedberg II 1189f. = COD 390f. (Viennense c. 33).

illi pastores quosdam dicere illam absolutionem non esse nisi apparentem, ex quo
absolverint non suos subditos, quos ob carentiam iurisdictionis ligare non possent,
ergo nec absolvere, cum par sit potestas ligandi atque absolvendi. Legatus hoc potuisse
non est dubium, quia etiam statuta edere potest sub pena anathematis late sentencie,
110 que est maxima penarum, de loca(to) 1 c.²⁷⁾ Nec potuit hoc casu pena reperiri, que
omnes tales excedentes artaret convenienter; nec absolutio potuit ad apostolicam
sedem non remitti. Solum enim sedes apostolica legato non existente in omnes, qui
nominantur et excedere possunt, habet superioritatem, scilicet in episcopum exemp-
tum, Mendicantes et alios exemptos et non exemptos. Nec conveniebat, quod curati, si
115 venirent contra Mendicantes detrahendo eorum potestati, se mutuo absolverent, aut
etiam eorum episcopus eos absolveret, qui cum ipsis concurrat. Nec conveniebat,
quod Mendicantes, si contra curatos venirent, a se ipsis aut eorum superioribus, qui
eandem causam habent, se mutuo absolverent. Neque fuisset positus finis inter status
tales, si reservatio absolutionis taliter facta non fuisset, ut quisquis bene considerare
120 potest. Arbitrabatur etiam legatus retrahere adeo enorme peccatum et scandalosum,
quod merito sic absolutio gravari debuit, prout in simili in Clementina ‚Cupientes‘²⁸⁾
absolutio ab excommunicatione propter retractionem, que cedit in lesionem iurium
parrochialium, reservatur apostolice sedi.

Hec ordinatio utilis est pro executione Clementine ‚Dudum‘.²⁹⁾ Dicebant enim curati
125 omnes mendicantes se de audientia confessionum intromittere. Contra hoc sic provi-
sum est, ut sciatur admissi. Et similiter dicebant curati fratres in omnibus casibus
absolvere. Et non potuit remedium aliquod contra hoc reperiri, nisi ut ponitur. Et
Mendicantes, ne fecerent se in his suspectos, videbantur contenti. Nec curati, quos
similiter hec ordinatio respicit, poterant contradicere, attento quod saluti animarum
130 contra deceptionem et ignoranciam sacerdotum providetur etc.

B(eatissime) p(ater). Fratres Mendicantes scribunt premissam ordinationem iniu-
stam et inhonestam (esse). In hoc, an verum scribant, s.v. iudicet. Ego autem non
hesito, quin omnis homo contrarium affirmabit, qui legerit precepta, que bono zelo et
cum matura deliberatione ad componendum differentias exortas sic ordinavi, convin-
135 cantur autem Mendicantes, qui elati videntur ex gracia et privilegio apostolice sedis,
non querere ea, que Ihesu Christi sunt, sed sua³⁰⁾ ex toto discursu scripturarum sua-
rum, quas dederunt contra istam ordinationem. Non enim fuit unquam intencio
Bonifacii aut Clementis, quod ipsi intervenire deberent audientia confessionum taliter,
quod ex hoc lederentur iura ordinariorum, sed intervenire deberent tamquam coopera-
140 tores in necessitate defectum supplendo. Ideo ubi de numero legitur, Clementina
‚Dudum‘ dicit, quod quotquot necessarii fuerint consideratis fidelibus etc. Unde non
videtur, quod si esset plebanus doctus habens omnia, que ad ipsum requiruntur, et
sufficeret pro populo suo, quod tunc intencio Bonifacii aut Clementis fuerit audien-
ciam confessionum tollere ab illo et dare fratribus sine causa. Et tamen omnis conatus

²⁷⁾ X 3.18.1, ed. Friedberg II 520f.

²⁸⁾ S. Ann. 26.

²⁹⁾ S. a. Ann. 8.

³⁰⁾ Phil. 2, 21.

fratrum tendit ad hoc, ut trahant populum a suo sacerdote qualitercumque ad se in 145
preiudicium curati et detrimentum animarum contra ordinationem iuris communis.
Hoc non potest dici nec iustum nec honestum, in quo nullus favor eis per s.v. dari
speratur. Dignetur igitur s.v. confirmare ordinationem prescriptam et fratribus, (quia)
non placet addicio illa, quod ipsi veraciter absolvunt, tollat b.v. et maneat publicacio c.
,Omnis' cum aliis in ordinatione positus, que iustissima sunt, non meo tantum, sed 150
omnium, quos audivi, iudicio.

,Omnis utriusque sexus fidelis' etc. ,Si quis autem alieno sacerdoti' etc.³¹⁾

Fidelis ergo, si quis hoc salubre statutum non adimpleat, sed contemnat, se impari-
tum vel malivolum vel etiam infidelem seu non catholicum et hereticum comprobabit,
ut hic et 24 q. 1 ,Hec est fides'³²⁾ est. 155

,Alieno': Ecce Predicatores et fratres Minores et alii religiosi habent privilegium, ut
alienos parrochianos possint recipere ad penitentiam. Nunquam sufficit privilegium,
quod hoc possint sine licencia proprii sacerdotis. Dicas, quod non sufficit iuxta Bern-
hardum in glosa.³³⁾ Reperitur copia cuiusdam Extravagantis Urbani sexti, que incipit
,Etsi animarum'³⁴⁾ et practicatur in Hildesimnensi ecclesia, que approbat hanc glosam 160
excommunicando contrarium facientes, committens excommunicationem ordinariis.
Illam in quinternio queri feci et non reperitur.

Diceret aliquis contra constitutionem ,Omnis': Tota predicta consideracio unico
verbo destruitur. Nam in c. ,Dudum' in Clementinis continetur, quod ,libere' possint
confessiones ,audire' Mendicantes ,et absolucionis beneficium impendere' propter 165
illud verbum ,libere'. Iohannes Andree tenuit contrariam sententiam.³⁵⁾ Sed ad hoc
verbum ,libere' audite veram et in iure fundatam solucionem. Non enim verbum
,libere' positum in privilegio huiusmodi inducit ita largam et effrenatam libertatem,
videlicet ut per hoc relaxata et remissa videatur iuris dispositio et obligacio dicti
capituli ,Omnis utriusque' et omnis ordo perversus, ut aliqui pretendunt, sed limitatam 170
libertatem inducit, videlicet ut, qui antea nullomodo poterant confessiones talium
audire, hoc est, servata forma iuris, videlicet dicti c. ,Omnis', cum ,licencia'³⁶⁾ etc., non
aliter. Ad premissam etiam determinacionem comprobendam unum adiicitur. Si enim
per dictam Clementinam ,Dudum' esset eis concessa libera facultas ligandi et solvendi
sine licencia plebani, quod est precedens et maius et in quo requiritur maior industria 175
et quod est principium salutis ipsius confitentis, quare etiam non fuit eis concessa
facultas communicandi eos confitentes, quos absolverant, quod est consecutivum ad
confessionem et absolucionem precedentes et in qua re non requiritur tanta industria,
cum conveniencius foret, quod tales communicarentur ab his, quibus sunt confessi et

³¹⁾ COD 245 Z. 2ff. und Z. 10ff. Von hier ab also Glossen zu ,Omnis utriusque'.

³²⁾ C. 24 q. 1 c. 14, ed. Friedberg I 970.

³³⁾ S.o. Anm. 9.

³⁴⁾ S.o. Anm. 18.

³⁵⁾ Glossa ordinaria ad Clem. 3.7.2 s.v. ,libere (licitque)' und ,impertiri': Denotat quod non est necesse licentiam sacerdotis parrochialis haberi ..., cuius contrarium videtur hic velle Io. An. Zit. nach Paris 1505. S.o. Nr. 2726 Z. 73-75.

³⁶⁾ COD 245 Z. 10-12: Si quis ..., licentiam prius postulet.

180 qui eorum conscienciam sunt scrutati, quam ab aliis? Que tamen facultas communi-
candi non est eis concessa, sed est plebanis reservata. Per quod apparet, quod facultas
solvendi et ligandi, que est maioris ponderis, apud ipsos plebanos est relicta, ut per
ipsos absolvant aut per alios, quibus concedunt licenciam; ,quia qui per alius facit, per
se ipsum facere videtur, de regulis iuris li. VI.³⁷⁾

185 Nota: Verbum ,liberum' vel ,liberam' notat quandam prerogativam absolutam, ff. ,de
procura(toribus)' l. ,Procurator cui libera'³⁸⁾, ,de iureiur(ando)' l. ,Ius iurandum quod ex
convencione' § fi.³⁹⁾, ,de elec(tione) c. ,Cum nobis olim' in fine.⁴⁰⁾ Non autem diceretur,
quis habere liberum dominium, qui, quandocumque id exercere vult, impeditur
aliqua. Nam omnis Prohibitio, sive perpetua, sive ad tempus sit, contradicit
190 libertati simpliciter; considerate ff. ,de statu hominum' l. ,Libertas' in principio.⁴¹⁾

B(eatissime) p(ater). Hec saluberrima constitucio non legitur unquam per aliquem
predecessorem s.v. aut revocata aut correcta. Et Martinus papa illi, qui dedit privilegi-
um fratribus ordinis s. Dominici libere audiendi confessiones, mandavit, quod fratres
confitentibus exponerent se non satisfacisse illi constitucioni per hoc, quod fratribus
195 confitentur, sed quod semel saltem in anno suo proprio sacerdoti tenerentur confite-
ri.⁴²⁾ Et licet Iohannes xxii declaravit sic a fratribus absolutos non obligari, quod denuo
illa peccata confiteantur, non tamen dixit contra bullam Martini, scilicet satisfactum c.
,Omnis utriusque',⁴³⁾ Vidi eciam bullam Innocentii pape missam episcopo Herbipolen-
si, que dicit privilegia religiosis concessa non preiudicare illi c. Benedicti xi in Extrava-
200 ganti ,Inter cunctas'⁴⁴⁾, que propter nimium favorem ad patres revocata fuit per Cle-
mentinam.⁴⁵⁾ Mandat, quod fratres in sermonibus et confessionibus dicant salutare
esse confiteri proprio sacerdoti semel in anno, licet ipse, uti Iohannes xxii,⁴⁶⁾ diffiniat
non esse necesse idem peccatum, de quo quis a fratribus absolutus est, denuo confite-
ri. Et in hoc omnes doctores videntur concordare, quod hec constitucio salutaris non
205 sit correcta et quod sit semper persuadendum, quod servetur eciam per confessos
fratribus, quamvis videantur satisfacisse concilio. Sed aliquos ... (*Textabbruch*).

³⁷⁾ VI 5.12.5, ed. Friedberg II 1124 (*Reg. Iuris Nr. 72*).

³⁸⁾ Dig. 3.3.58: Procurator, cui generaliter libera administratio rerum commissa est, potest exigere, novare, aliud pro alio permutare.

³⁹⁾ Dig. 12.2.17: Iusiurandum, quod ex conventionem ,extra iudicium' defertur, referri non potest.

⁴⁰⁾ X 1.6.19, ed. Friedberg II 61.

⁴¹⁾ Dig. 1.5.4: Libertas est naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, nisi si quid vi aut iure prohibetur.

⁴²⁾ S.o. Anm. 10.

⁴³⁾ S.o. Anm. 11.

⁴⁴⁾ Extrav. comm. 5.7.1, ed. Friedberg II 1296-1300.

⁴⁵⁾ Nämlich ,Dudum'; s.o. Anm. 8.

⁴⁶⁾ S.o. Anm. 11.